



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

10 De Confirmationis, Sacramento ad interpretationem tex. in c. quanto
de Consuet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

29 & Carol. Molin de contr. quest. 17. nu. 19. & quest. 94. dicens ita iudicatum fuisse in supremo Parisiensi Senatu. idem tenet Tiraquel. d. n. 26. & seq. ubi simpliciter esset oppositum pactum redimendi, etiam absque dictionibus, semper, quandoque, & similibus. Ex quibus apparet, perpenis huius profrema conclusionis rationibus, eam veram esse, quocunq; pretio empti fuerint annui reditus: nam etiam si vltima ratio tunc cesset, priores tamen adhuc obtinent.

Ex vltima vero ratione deducitur iniquum esse propter pretii iniustitiam contractum, quo annui reditus venduntur ad rationem vnus pro decem, aut duodecim, cum pacto redimendi intra decennium, ita vt post decennium redimi non possint, ac maneat perpetuus reditus. Sunt etenim hi contractus suspecti, quomuis à Romanis Pontificibus approbati quibusdam seruatis conditionibus, quarum ea potissima est, quod pretium sit iustum: at in hoc contractu vere iniustissimum est, quò annui reditus, qui perpetuo redimi possint, eodem pretio vendatur còmuni omnium estimatione, quo vediti fuerit hi decennio tatum redimibiles, item ex eo, quod ab eisdem Romano Pontificum constitutionibus exigatur libera & perpetua venditoris redimendi facultas. igitur si ea restricta sit, contractus nec licitus est, nec permittitur, quod passim traditur ab his qui de his annuis redibus scripsere. Et licet Contrat. de contr. qu. 83. conclus. 8. & 10. a. Medi. de restitut. cap. de censu redimibili. col. penul. probare velint prædictum contractum licitum esse, vbi iustum fuerit annui reditus pretium arbitrio boni viri, qui rem istam æstimabit, cum qualitate restricta libertatis, siquidem maius pretium necessarium est, quam si libera ex contractu competat redimendi facultas. Hoc tamen, quem prosumus, casu adest iniquitas in pretio, & ideo contractus illicitus est nec iusta ratione defendi potest. Nec oportet hunc contractum vsurarium esse, licet si iniquus sit, ea siquidem restrictio, vt intra decennium liceat redimere, non autem post, non vitiat contractum, sed vitiat & reicitur ab eo, itaque manet annuus hic reditus redimibilis perpetuo. & in hunc sensum accipiendum est quod diximus, esse hunc contractum illicitum, id est, hanc eius conditionem esse iniquam: vnde satis erit eam à contractu reici, & tolli secundum Carolu Molin. in tract. de contr. quest. 90. sentit Andreas Tiraquel. in li. 2. de retract. in princ. nu. 30. quem legito §. 1. gloss. 2. nu. 64. & sequentibus. Aliud enim dicendum erit ex his, quæ ab eisdem traduntur, vbi conditio in hunc modum concipitur, vt liceat venditori redimere post decem annos non antea, tunc equidem vsurarius est contractus, quod oportunitus alibi examinabitur: sat enim est, hunc, de quo agimus, contractum iniquum esse ratione conditionis contracti iustitiam pretii apposita, non tamen vsurarium. Quamobrem cum semel in Regio pætorio ageretur de executione contractus, quo annui reditus hac abiecta conditione empti fuissent, essetque petita exequutio pro iam decursis vnus anni redibus, & opposita intra decem dies iuxta legem Regiam vsuræ exceptio. ob quam iudex inferior pronunciasset contractum non posse mandari executioni, reuocata fuit eius sententia, ac tandem desinitum, ipsum contractum executioni tradendum esse, non obstante exceptione vsuræ, reseruat ipsi reo iure tractandi prædictam contractus conditionem, siquidem tantum actum fuerat de executione contractus ad solutionem reditus iam decursi. Quod si ex illa conditione contractus vsurarius foret, minime posse executioni tradi, cù Regia cõstitutio, quæ de executione iudicio extraordinario, & admodum breui, contractibus statuta est, vsuræ exceptionem ad impediendam executionem omnino admittendam esse censet, & tandem ea fuit iudicium omnium mens, si de reicienda à contractu conditione actum fuisset, plene iudicassent eam reiciendam fore, quo liberum esset venditori annui reditus, etiam post decennium resituito pretio ipsum censum redimere quod est memoria commendandum.

C A P V T X

De Confirmationis Sacramento ad interpretationem text. in c. quanto. de consuet.

S Y M M A R I A.

- 1 Confirmationem Sacramentum esse noua legis, itaque ex sacra scriptura probatur. & num. 2.
- 2 Ecclesie auctoritas sola sufficiens est resitutorum in his, quæ ad religionem idem pertinent.

- 3 Sacramentum ab alio quam à Christo institutum non posse.
- 4 Christum an sic necessarium ad sacramentum confirmationis & non posse ad c. 1. de sacra. nouiter.
- 5 Sacramentum hoc confirmationis, an sit precise necessarium ad salutem.
- 6 Episcopus solus, non sacerdos simplex est huius Sacramenti minister.
- 7 An sacerdos simplex sit huius Sacramenti minister ex Romani Pontificis commissione.
- 8 Sacerdos etiam solemniter degradatus conficit corpus Christi.
- 9 An possit simplex sacerdos minores ordines ex Romani Pontificis delegatione conferre.
- 10 Minores ordines an sint sacramentum.
- 11 Quis sit verus sacramenti penitentia minister?
- 12 Summus Pontifex in his, quæ ad finem pertinent, errare non potest.
- 13 Summus Pontifex errare non potest in canonice ratione sanctorum.
- 14 Confirmationis sacramentum non potest ab alio quam Episcopo ministrari, etiam ratione immemorabilis præscriptionis.
- 15 Episcopus an sit vere ordo ab aliis distinctus?
- 16 An is, qui prebiter non est, possit in Episcopum consecrari, atque ita oratus, an recipiat Episcopalem potestatem.

Innocentius tertius, pius eruditusque Pontifex, moribus & doctrina maxime illustris, si. 1. Decret. tit. de consuet. c. quoniam confirmationis materiam attingens scribit huius sacramenti Episcopos non presbyteros, minuit adeo esse, vt minoribus confirmandi us aliis, quàm Episcopis conueniat, queat, satis esse asseuerans sacramentum istud fidelibus Christi fidem baptismate profectis non conferri, quam à presbyteris non Episcopis ministrari. Quam quidem ex istolam decretalè iuris Pontifici interpretes etiam diligenter examinarint, plura tamen omiserunt, quæ ipse opere pretium duxi ad eius tutiorem cognitionem & intellectu colligere ex ipsius capitis decisione, tria aut quatuor deinceps.

Primum confirmationem noua legis sacramentum esse, quo per baptismum uoluntatem, erectiq; sustentantur, & confirmamus, ne ab hominum impetu furis impetentelebamur, in hoc mundo tota ætate inter inuisibiles hostes & pericula victuri, itaque in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum uoboramur: in baptismo in milites Christi recipimur, & veluti tyrones sub eius vexillo pugnamus nomen edimus, in cõfirmatione ad prelia huius mundi armis competentibus instrumur, virumq; augmentum ad gratiam accipimus à Spiritu sancto, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsus, in fonte pulcherrimo tribuens ad innocentiam c. 1. de consecrat. dist. 5. No enim factis visum est humani generis redemptori nobis in baptismo spiritum innotantem impartiri, nisi & per confirmationem atq; fontis christi mate cõsignationem per impositionem manus episcoporum largiretur sane spiritum continentem, ac defendentem. vnde Luc. vii. dicitur discipulis iam baptizatis: sedete in ciuitate quoad usq; induamini virtute ex alto. Ad horum manifestam comprobationem duo apertissima sacre scripturæ loca sunt adiuuanda. Primum, Act. 8. Cum autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolimitani, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quosquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Rursum Act. ca. 19. His auditis baptizati sunt in nomine Iesu. & cum imposuisset illis manus Petrus, venit Spiritus sanctus super eos. Ecce igitur quod post baptismum erat signum sensibile impositionis manuum, quo conferebatur gratia Spiritus sancti, & ita erat sacramentum sicuti probat text. in c. quanto. §. penul. de sacra. vni. c. c. v. in a. de sacra. non iterum & concilium Florentinum sub Eugenio quarto. Hoc ipsum indubitatum esse satis apparet ex ipsius Catholice Ecclesie auctoritate, quæ sacrosancta est, & firmiter accipienda potissimum in his, quæ ad fidem & religionem pertinent. Nam quoties siue de scripturis, siue de veritate quouis alia ad Catholicam fidem spectante est controversia, sufficiens est ipsius ecclesie potestas iudicialia ad dubitationem dissoluendam, penitusq; rescindendam, quoad quidem nullus penitus rectius vel scripturam aliquam interpretabitur, quam is, qui spiritum, & mentem scriptoris habet. Ecclesia ergo Spiritum Dei habes errare nequit in diuinis testimoniis interpretandis, quippe quæ ab ipso Christo eius sponso regatur, & doceatur, eam enim Christus dilexit, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Paulus ad Ephes. quinto. idem Paulus ad Thimoth. 3. Ecclesia Dei, quæ est fundamentum, & columna veritatis, & Matth. ca. 28. dicit Dominus: Ecce ego vobiscum in omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Primum ergo prin-

capitulum rerum ad fidem pertinentium, ipsius ecclesie auctoritas est, ut vniuersalis ecclesie traditiones in pertinentibus ad fidem non minoris auctoritatis sint, quam ipsa sacra scriptura, etiam si eius testimonium deit ad probationem eius, quod ecclesia tradiderit, ut prater alios satis eundem tradunt Rossensis contra Lutherum 3. *veritate Ioan. Dried. l. 4. de eccl. dogmat. c. 2.* Albertus Pighius li. 1. de eccl. hierarch. & si controuersiar. c. 3. Alfonso a Casto de heres. 5. & l. 1. de iust. heres. punit. c. 4. Quo fit, ut licet sacra scriptura auctoritate non possit probari, confirmationem sacramentum esse, quod tamen ex ea catholice intellecta manifestum est, quod profecto sit ab ecclesia id ita definitum fuisse, ut firmiter credamus, confirmationem sacramentum esse non legis, & ea ratione gratiam conferre quemadmodum Catholici aduersus Lutherum, & profertur, & probant post magister Thom. & communem Theologorum sententiam in 4. *sentent. dist. 7. eandem Thom. 3. part. quest. 72. & 1. Melchior ad Papam in Epist. ad Hispaniarum Episcopos, & Euseb. Rom. Pontific. epist. 3. ad Episcopos Turciae, c. de his c. manus. de consens. dist. 6. Hier. Aug. Clem. Bedam, & alios. quos diligenter citant concilium Coloniense, in Enchiridio Christianae institutionis, & sacramento confirmationis. Ioan. Eck. tom. 4. lib. 2. 4. meminit etiam huius sacramenti Dionysius Pauli discipulus c. 4. de ecclesia hierarch. quod quidem loco scriptum sacramentum hoc appellatum fuisse ab Apostolis, id est, perfectionem sanctificationis. Quod si ab ipso ecclesie Christianae exordio, ab ipsa Apostolorum aetate sacramentum istud apud Christi fideles receptissimum semper fuit, quid obsecro queris, dum disputas a quo fuerit institutum, nonne scis? nec refragari potes, hoc sacramentum esse, deinde sacramenta nec ab ecclesia, nec ab Apostolis, nec ab alio? qua Christum institui posse? id enim Catholicus Theologus praemittunt & maxime Thom. *dist. art. 1. idem latus 3. par. 9. 6. 4. artic. 2.* cui in hoc frequentiori consensu ceteri suffragantur, & probatur euidenter ex eo, quod gratia, quae per sacramenta confertur, a solo Deo Iesu Christo, sicut & gloria, dari potest. idem probat Diuus Ambrosius *de sacrament. c. 4.* ex luminorib. eruditissime ac diligenter Melchior a Cano, qui S. Imanticae Theologiam primario nuere omni maximo applausu proficitur in relectione de sacramentis, quinta eius parte. Igitur palam est hoc confirmationis sacramentum a Christo institutum fuisse ab Apostolis vere eius discipulis promulgatum. His suffragatur concilium Tridentinum *sess. 7. c. 1.* du pronunciat anathema esse eum, qui dixerit, sacramenta nouae legis a Christo non fuisse instituta. Nec refert aliquo Euangeliorum loco aperte hanc institutionem non probari, siquidem multa alia signa fecit Iesus, quae non scripta in libro hoc, *Ioan. vi. Sat enim est sacramentum Apostolos vfos fuisse, ut seclusa dubitatione intrepide credendum sit, ab ipso Iesu institutum fuisse. Sicut equidem plura, quae Christus voluit nobis per Apostolos eius infinuare, quorum apud Euangelistas nulla mentio est, quod ita esse Augustinus fatetur *l. 2. de viti. infirmor. scribens, sacra vnctione infirmorum instituta a Domino Iesu fuisse per Iacobum Apostolum eius, Iacob. c. 5.* His Diuus Cyprianus accedit formone de ablutione pedu. Sicut par est, inquit, Spiritu sancto, & Christo diuinitas, ita in suis institutus aequa est auctoritas & potestas. nec minus ratum est, quod dictante Spiritu S. Apostoli tradiderunt, qua quod ipse tradidit, & in sui commemoratione fieri precepit. Haec enim Cyprianus quem & alios in huius rei testimoniu aduocant. Rossensis contra Luther. 9. *veritate & Ioan. Dried. l. 4. de dogm. c. 1. & 2. eius partib.* Quin & plura ecclesia Catholica circa sacramenta, religionem & fidem tradidit, quae nec ex sacra scriptura consistunt, nec ex scriptis Apostolorum traditionibus, & tamen verbo ab Apostolis recepit, vel ipsas totius ecclesie consuetudine, lumine Spiritus sancti, constituta & stabilita sunt. Paulus sane id asserit *2. ad Thessalonic. c. 2.* Ergo fratres scate, & tenete traditiones nostras, quas edocuit vobis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. August. de baptismo paruuloru contra Pelagianos, Paruuli inquit, baptizati in *mercedem suam ponuntur, & haec solum ex consuetudine Ecclesie antiquae canonice fundatissime Possent profecto plura in huius rei comprobationem adducere: quae mihi facio, eo quod apud Rossens. *veritate 10. Driedo. d. c. 5. par. 4.* obuia sint & est optimus apud Gratianum *text. in d. Ecclesiast. 11. dist. 11.* Explicat diligenter Tertullianus in *l. de corona militis.* Colligere quidem ex eis possimus antiquam consuetudinem, a temporibus Aposto-***

lorum custoditam, per vniuersas ecclesias, sufficiens esse argumentum, ad demonstrandum hanc simpliciter originem ab Apostolorum traditione.

Hinc fertur, nimis superstitiosam esse dubitationem coru, qui confirmationis sacramentum ex eo sugillant, quod nulli apparet, Apostolos christum vnctione vfos, quibus ego respondendum esse cenleo: ab Apostolorum aetate ecclesia hac vnctione, pro ritu huius sacramenti, vlam fuisse, ut testatur Dyonis. *c. 4. de eccl. hierar.* Diuus etiam Augustinus *l. 2. contra literas Petilian. ca. 104.* ita ad hoc scribit, in hoc vnguento sacramentum christum vult interpretari, quod quidem genere visibili signaculorum sancto sanctum est, sicut ipse baptizatus, quibus verbis Augustinus confirmationem ipsam sacramentum appellat, & id per vnctionem christum conferri palam asserit. Imo esse necessaria vnctionem christum, admixtis oleo, & balsamo ad confirmationem ita vt sine ea sacramentum non sit, asserunt Tho. *3. part. quest. 72. art. 2.* & 3. idem post magister in *4. dist. 7.* & ibi ceteri, praesertim Duradus ac Palud. *quest. 1. art. 2.* Hadrianus in materia de confirmatione, *art. 2.* quorum sententia comunior est, na cum haec sit materia huius sacramenti, sicut aqua baptismi, patet manifeste, nec baptismum sine aqua, nec confirmationem sine christum conferri, & probatur in *c. 1. §. penult. de sacra vnctio. & in c. nouissime de consecration. dist. 11. 5.* Cui assertioni fortiter refragatur text. in *c. 1. de sacram. non iter. vbi Innocentius ad quaestionem, vtrum confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non christum, sed oleo delinitus, in hunc modum respondet: Ad quod breuiter diximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum. quod incaute fuerit praetermissum. Quibus equidem verbis conuincitur confirmationem sola vnctione olei celebrata sacramentum esse, ergo ex necessitate praecisa sacramenti non exigitur vnctio christum. nam si haec exigere, non esset confirmatio cum sola olei vnctione, sacramentum & ideo nec satis esset suppleri quod defuit, sed esset sacramentum istud ita conferendum, ac si nunquam collatum fuisset, nec vlla fieret iteratio quandoquidem nullum sacramentum confirmationis praecesserit. Huic obiectioni respondent quidam ingenue, cedentes confirmationem cum sola vnctione olei sacramentum non esse, & ideo cum vnctione christum denuo celebrandum, & tamen ex hoc non repeti iterum sacramentum, cum nullum praecesserit, atq; hoc ipsum esse opinatur, quod decretalis assenerat, dum praecipit, non esse sacramentum iterandum, id est, per celebrationem huius sacramenti, quae denuo cum christum fit, nihil iterari. Huius expositionis auctores fuere Palud. & durand. *d. qu. 1. art. 2.* & Hadrian. in tract. de confirmationis sacramentis, *art. 2.* Cardin. a Turre Cremata in *c. nouissime de consecrat. dist. 5. art. 2. u. 6.* quae quidem interpretatio dubio procul violenta est, siquidem ab eius capitis proprio sensu nimis aliena apparet, si quis etenim Innocentii tertii responsum animaduertat, videbit plane satis extraheum ab eius sensu hunc intellectum esse. esto sane confirmationem denuo cum vnctione christum celebranda esse, omniaque solemniter agenda, ac si nullus confirmationis actus praecessisset, nec ex hoc vlla fieri sacramenti repetitionem, quid obsecro significat illa verba, quae Innocentius vir doctissimus addidit: caute supplendum esse quod incaute fuerat praetermissum, vbi manifeste de completionem potius quam de solenni celebratione agit. Deinde si vera esset praefata expositio, non diceret summus Pontifex non esse aliquid iterandum sed nihil iterari, nihil sane repeti per huius sacramenti nouam & solennem collationem. Quamobrem mihi satis placet, quod Caieta opinatur in *3. part. quest. 73. art. 2.* dicens, vnctionem olei esse materiam huius sacramenti, & ideo de necessitate praecisa requiri, vt sacramentum sit: christum vero, id est, vnguentum ex oleo & balsamo esse de necessitate praecipi. Quo fit, vt confirmatio olei vnctione celebrata, verum sit sacramentum, sicut, baptismus aquae asperzione, & tamen postea vnctio christum fieri debet, nec ipsa confirmatio repetenda est, atq; hic videtur planus praedictae Decretalis sensus maxime conueniens Canonistarum interpretationibus. (Sed & eade opin. placet Domino in *4. sem. dist. 7. §. vnica, art. 2.*) Nam quod antiqui sanctissimi que viri scribunt de vnctione christum ad hoc sacramentum conferendum, nihil impedit veritatem huius intellectus, cum christum vnctione significet, quam referri potest ad olei sancti consignationem. Ex his deducitur quod*

quod primo loco adnotauimus, Confirmationē sacramentum esse ab ipso Iesu Deo Opti. Maxima. institutum, quod vñtionem pro eius materia & necessitate exigit. Ex quibus & illud est omnino obseruandum, omnia, quae sunt de necessitate sacramenti, diuino iure, & à Christo instituta fuisse illa vero, quae institutione Ecclesiae adhibentur, non esse de necessitate sacramenti: & quamuis priora aliqua ex parte non ita constant ex expresso verbo Dei, sunt tamen omnino recipienda ex diuino iure, sicuti & recepta fuere à Catholicis ex traditionibus Apostolorum: & constanti fide credendū, Apostolos ea tradidisse ex eo, quod à Christo fuerint instituta. Iquae S. Thom. docet 3. part. q. 63. arti. 2. Durand. in 4. sent. dist. 2. q. 1. & Domi. Sotus dist. 1. q. 5. arti. 2. Nam qui sacramenta instituit, idem ipse & illa tradidit, quae ad eorum necessitatem pertinent: quod & iidem Theologi repetunt in 3. dist. 7. quae. vñc. & nos itatim explicabimus.

Secundo loco ex eadem Innocentij tertij decisione colligitur, cōfirmationis sacramentum non esse praecise de necessitate salutis, atque in hoc differre à baptismo, qui praecise necessarius est ad salutem, & hoc ipsum probatur, dum text. dicit, tutius esse hoc sacramentum sine periculo omitti, quā ab eis, quibus id conferre non licet, ex temeritate adsumere, quod Panorm. & ceteri cōmuniter aduertunt. & Thomas praemittit 3. part. q. 72. arti. 8. dum scribit infantes baptizatos etiam sine hoc sacramento saluos fieri, idem Thomas qu. 65. art. vltim. & in 4. dist. 7. qu. 1. articulo 1. ad secundam questionem. cuius opinio à Theologis frequentissimo omnium calculo recipitur, vt fatetur Hadrianus articulo 1. Est tamen dubium, an hoc sacramentum sit necessarium ex Dei vel Ecclesiae praeccepto, ita vt mortale crimen sit eius assumptionem omittere? & videtur ita dicendum esse. Primo ex cap. vt ieiunij. de consecrat. dist. 1. c. 5. Est enim ibi à concilio Aurelianensi ca. 3. definitum, non esse Christianum, qui Episcopali confirmatione chrismatus non fuerit. Secundo est textus in eadem d. st. cap. de his. vbi Melchiodes Papa Hispaniarum Episcopis scribit, sacramentum baptismi, & confirmationis ita cōiuncta esse, vt vnum sine altero rite perfici non possit. Tertio Gratianus eadem dist. in princip. ex Urbano Papa tradit omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum recipere debere, vt pleni Christiani inueniantur. Vnde quidam existimant, sacramentum istud accipiendū esse ex necessitate praeccepti Ecclesiae semel in vita, cuius opinionis censetur Palud. in 4. dist. 7. qu. 1. Floren. 3. part. tit. 14. cap. 15. §. 5. Syluest. in verb. confirmatio diuina 2. col. dicentes, etiam esse hoc sacramentum in praeccepto, vbi Christiano baptizato immineret periculum belli spiritualis, aut persecutionis quo ad fidem, quam elset coram tyranno professurus, defensurusque, sicuti sacramentum eucharistiae est in praeccepto ei, qui in periculo mortis corporalis constitutus est: quod notatur in e. cum infirmus de penitent. & remis. hoc tamē eucharistiae sacramentum est in praeccepto ex institutione diuina, iuxta illud: Hoc facite in meam commemorationem. & docet Thom. in 3. part. qu. 80. artic. 11. Theologi in 4. dist. 9. vbi praeter ceteris Gabriel qu. 1. quicquid Caietan. in contrarium scripserit dist. qu. 80. art. 11. & in summa, in verb. communio. versicul. tertium tempus. Sic sane Christianus sacramentum confirmationis omittens, vel in periculo mortis spiritualis, vel tempore oportuno, quo verisimiliter auxilio Spiritus sancti in fide confirmantis indiget, moraliter peccat, quod etiā nititur probare Cardin. à Turri Cremata in princ. de consecrat. dist. 5. dicens, sacramentum confirmationis esse necessarium ex institutione Ecclesiae. Opposita sententia verior est profecto, siquidem nec ex praeccepto Dei, nec ex praeccepto Ecclesiae tenemur sacramentum istud accipere, tametsi id maxime vtile sit, & ideo à Christi fidelibus summo opere, solertique diligentia expectandum & procurandum, ac praecipue cauendū est, ne per contemptum omittatur: esset etenim contemptus graue & mortale crimē. Hec vero propositio ex eo probatur, quod si elset hoc praecceptum diuinum, oportet hoc ipsum sacramentum ministrari existentibus in periculo mortis, continuoque, ab hoc saeculo transituris, modo discretionis praeditis, sicuti constat eadē ratione de eucharistiae sacramento, maximo etenim periculo tētionū demonij obicitur, qui mortis agone constringitur, at praeccepta diuina de sacramentis suscipiendis tunc potissimum vinculum obligationis habent, quādo fidelis ob grauem necessitatē eis indiget, sicuti apud Theologos receptissimum est, & tamen continuo transmi-

graturus ab hac vita non tenetur sacramentum confirmationis accipere, vt probatur in c. 2. de consecrat. dist. 5. ceteri Ecclesia nihilquam inuixit Christianis confirmationem ad fidem, & ad perfectam vitae consummationē, vt tandem inuicem, ad quā baptismatis vi satis sufficienter armantur, ex autoritate Magistrī in 4. sent. dist. 1. quae in hunc sensum sunt accipienda, quae Palud. & sequaces in propria opinione cōprobationem adducunt, quod patet ex notatis ab his tract. de consecrat. art. 1. post Tho. d. q. 1. gl. in d. e. vt ieiunij. Colligunt ergo cōfirmationis sacramentū non esse praecise necessarium ad salutē, nec ex praeccepto Dei, nec Ecclesiae fidelibus ligi, & ideo, si absque cōtemptu omittatur, mortale crimē minime cōmitti licet ex sacro testimōio auctoritatis doctorū patrū necessarium esse probetur ad gratiae augmentum ac fidei corroborationē, vt iam instructiores profiteamur.

Tertium, quod ex eodem Innocentij tertij responso notari solet, eam habet difficultatē, quis sane sit huius sacramenti minister: quia in questione comitat, & Episcopus non alium huius esse sacramenti ministrum, & id apparet, eo quod statim post Christi ascensionem nunquam videretur manū impositio facta esse, nisi per solos Apostolos, quibus successere Episcopi: nec facta fuit à discipulis, quod presbyteri representant. Sic Damascus Papa in Epistola de Coequeopis ait, Quod autē solis Apostolorum, eorumque, successores proprii sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, praefertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorū dicit, scilicet, presbyteri in Ecclesia specerunt, legatur donum Spiritus sancti per manuum impositionem, vt praedictum est, tradidisse. idem docent Innocentius primus in Epistola ad Decentium Eugubinum, & Melchiodes Papa ad Episcopos Hispaniarum, Eusebius ad Episcopos Thulcie Epistola 3. Rabanus de inst. cler. li. 1. c. 30. quorum mentio fit à Gratiano, de consecrat. dist. 5. c. 2. 3. & seq. Ita tradidit Bedae in c. 8. ad. Apost. & Isidor. lib. 7. Etymolog. c. 20. huiusmodi definitum est in concilio Hispanen. c. 2. ca. 7. & in Constantiens. 28. errore Wicleph. & in Florentino sub Eugenio quarto, & in Colomeni synodo, sit. de Sacram. Confirmat. 2. & in Tridentina generali synodo sub Paulo tertio si de Sacram. tradunt & id Theologi in 4. dist. 7. Tho. 3. part. q. 72. artic. 11. Alfons. à Castr. de hierosol. in verb. confirmatio. Ioan. Eckhus in c. 7. nostrarates in d. cap. quanto. illius decisionis auctoritate hanc sententiam comprobantes.

Verum enimvero ancipiti controuersia disputari solent hoc in contractu: an ex Rom. Pontificis cōmissione simplex sacerdos sit huius sacramenti minister, possitque id cōferre Christi fidem baptismate professis: nam quibusdam placet Episcopum ita esse huius sacramenti ministrum, vt nullo pacto etiam ex Papae dispensatione id ministrari queat presbyteris nō Episcopis: & hoc praecipue, quod huius sacramenti, sicut & aliorū minister sit ex institutione diuina ab ipso Deo designatus: ideo nequeat à Rom. Pontifice mutari, quod probatur. Nam ita ad sacramenti essentia pertinet minister, sicut materia, & forma, quae tamen non possunt à Papa mutari, igitur nec minister, hoc profecto manifestus sit, si consideremus ministrū formam & materiam sacramentorū non posse alio, quam à Deo institui, nisi etiam sit sacramentorū institutor, cui soli cōpetit, delectus, quae sint ad illa sacramenta necessaria, Tho. 3. part. q. 60. artic. 1. Quamobrē sicut Papa nō possit statuere, quod laicus cōsecraret Christi corpus: nec quod sacerdos absque pane sub alia materia cōsecraret idem corpus Christi, nec quod absque aqua elemēto baptismus ministraretur, nec item aliqui sacris ordinibus insigniri posse ab eo, qui Episcopus nō est, ita eadem ratione cōcluditur, nec permittere summo Pontificem posse, nec delegatione cōmittere, vt simplex sacerdos sacramentū cōfirmationis ministrat. Quod si diversus sacerdotem simplicem ex institutione diuina etiā esse huius sacramenti ministrū, duabus rationibus haec diluuntur propositio. Prima ex eo, quod hoc ipsum reprobatur ex frequenti omnij assensu. Secunda, quod si ita verū hoc esset, Papa non potuisset hanc facultatem confirmandi ex diuina institutione presbyteris simplicibus cōuenienter ab eis auferre, & ob id possunt adhuc hoc sacramentū ministrare, quod nemo doctus admittet. Scribit enim Paulus 1. Cor. ca. 4. Sic nos existimant homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorū Dei, ergo quibus Christus cō-

potestatem, non potest homo auferre, cū hoc ipsi Deo Opt. Max. tantum competat. Hinc ꝑ sacerdos utcumq; solemniter inagratu conicit eucharistia sacramentū, etiam si is hæreticus sit. glo. in c. 2. de clerico. ex com. mi. vbi Abb. & Cardin. & Docto. communit. textus optimus cap. quod. quidam. i. quæst. 1. Thom. 3. par. qu. 82. art. 8. Docto. in cap. accedens. 50. dist. Altoni. a. Castr. lib. 2. de iust. heret. punit. 2. licet gl. in d. c. accedens. & in c. de grad. in d. de penit. in 6. & in summa 9. q. 1. contrarium maximo errore dixerint. Potestas equidem ordinis est ad consecrandum corpus Christi verum, nec ab alio quam ab ipso Deo ob eius excellentiam dari potest, & ideo semel data indelebile est. quod Thom. asserit 2. 2. qu. 39. artic. 3. Sic sane minister sacramenti ab ipso Deo institutus, tolli ab Ecclesia non potest, ad hunc effectum, vt si post Ecclesiæ prohibitionem minister à Christo statutus sacramentum ministrat, verum non sit sacramentum istud. Inde fit, vt licet prohibitum sit extra necessitatis tempus laicos baptismi sacramentum ministrare, tamen si illud ministrat, tenet baptismus, vt scribit Thom. in 3. par. q. 67. artic. 3. Nam baptizare quamuis ad ordinem sacerdotalem spectet, secundum id quod deest, & ideo non tamen ex necessitate sacramenti apparet igitur in vere huius sacramenti confirmationis Episcopus minister est ab ipso Deo institutus, vt constat, non posse sacerdotibus simplicibus hoc ministerium committi, sicut si ipsi sacerdotes ministri fuissent à Christo decreti, non possent Rom. Pontifex hoc ius ab eis tollere. Ex quo manifeste conuincitur falsum esse, quod Innoc. Panor. & alij in d. quibus scribunt, dicentes, posse Papam potestatem istā ministrandi sacramentum confirmationis Episcopi competentem ab eis tollere, ita vt si ministrarent illud, nihil agerent, quod periculosum est, nec vlla ratione defendi valet. vt animaduertunt Alexander ab Hales 4. par. qu. 35. in c. 6. Ioan. Maior in c. 7. Hadrian. in tract. de confirmat. art. 3. Bernard. Anton. in c. 3. Barb. col. 12. in præd. cap. quanto. post glo. in c. in uis. de iur. iur. dist. 5. Quin Abb. & aliorum sententiam hæreticam esse probat Altonius à Castr. lib. 2. de iust. heret. punit. cap. 22. qui etiam ad hanc rem proponit assertiones verissimas sane, & nemino viles: quarum prima habet, Papam non posse tollere ab Episcopis potestatem conferendi illa sacramenta, quæ sunt Episcopis reserua, vt Confirmationis, Ordo, ita vt illud sacramentorum collatio ex hac Papæ prohibitione sit. Secunda, summū Pontificem posse prohibere Episcopis executionem ordinis Episcopalis circa sacramenta, siue particulari, siue generali prohibitione ad effectū istū, vt post hæc prohibitionē Episcopus ordinis, ad confirmas peccet, quamuis ea, quæ fecerit, sint rata & firma, nec iterum repetenda. Tertia, Papam posse ab Episcopis eam potestatem ordinis, quam habent circa sacramentalia, auferre, vt puta circa consecrationis altarium, calicum, vestimentorum benedictiones, in hunc sensum, vt actum ab eis contra hanc prohibitionem minime valeat, cum hæc potestas potius iure humano, quam diuino eis competat. Ex hac igitur prima ratione, quæ fortissime stringit, videtur commissione Rom. Pontificis sacerdotem simplicem minime posse sacramentum istud confirmationis ministrare. Secundo, vt alias rationes omittā, hoc idem probatur, cum ea quæ ordinis sunt, committi nequaquam possint ei, qui ordine illo caret: text. in c. vbi de consec. Eccl. vel alia. Sed ministeriū huius sacramenti pertinet ad Episcopos ratione ordinis, seu potius ratione consecrationis episcopalis, ergo committi non potest his, qui Episcopi non sunt. Et si dixeris non posse hanc commissionē fieri ab Episcopis, vt prædicta Decretalis loquitur, posse tamen fieri ab ipso summo Pontifice, respondetur, in his quæ ad ordines & sacramenta pertinent, non habere maiorem potestatem summum Pontificem, quā habeat Episcopus in propria diocesi: licet quo ad causalū decisionem maiorem potestatem habeat ipse Papa, quam Episcopi. His quidem, & aliis fundamentis nō posse ex delegatione Papæ simplicem sacerdotem confirmationis sacramentum ministrare asserunt Durand. Scotus, Maior, & Hadri in 4. dist. 7. de sacram. con. art. 2. q. vii. Alton. à Castr. lib. de heres. in verb. confirmatio. idem in c. de iust. heret. punit. cap. 21. & 22. Sed contrariam sententiam nō posse simplicem sacerdotem ex Roma. Pontificis commissione sacramentum confirmationis ministrare, multi ex eo defendunt, ꝑ quod ex commissione Papæ possit sacerdos simplex minores ordines cōferre: cum hi nō habeat in mediatam relationē ad corpus Christi verum. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. quæ ceteri ibi sequuntur. Collect. Abb. & alij commu-

niter in d. cap. quanto. Ergo etiam poterit Papa delegare simplicem sacerdoti ministerium sacramenti confirmationis, cum hoc sacramentum non habeat immediatam relationem ad corpus Christi verum, & ita hac ratione Tho. d. dist. 7. q. 3. vitur, cui huius opinionis auctores omnino consentiunt. Verum hæc ratio tollitur ea consideratione, quæ distinguuntur minores ordines à maioribus & sacris: vt licet maiores ordines sint sacramentum, & diuino iure instituti, quod satis cōpertum est: minores vero nec sint sacramentū, nec diuino, sed potius humano iure statuti, sicut Durand. dist. 24. quartæ sentent. opinatur, atque ita præmissa hæc Durandi sententia Alton. à Castr. de ca. 22. primā rationem, quam adduximus, diluere conatur. De prima quidem tonsura hic non agimus, ea etenim conferri potest quādoque ab Abbatibus, qui Episcopi non sunt: nam & non esse eam tonsurā ordinem quidam existimant: sicuti à nobis adnotatum est in c. quianos, n. 3. de testa. posse vero eam conferri ab Abbatibus eorum monachis, probat text. in c. cum contingat. de aia. & qual. quo in loco & in c. 1. 69. dist. ex canone 14. septimæ synodi probatur, lectores posse ab Abbate in proprio monasterio ordinari, atque ideo Docto. in dist. ca. cum contingat. & Syluest. in verb. ordo. 3. q. 2. tradiderunt posse omnes minores ordines ab Abbate propriis monachis ministrari, quasi Abbates propter solennem benedictionē aliqua ex parte sint Episcopis similes. Ego sane video in his periculosum esse, ab his discedere sententiis, quæ frequentiori autoritate doctissimorum virorū probantur. Deinde non dubito Durandi sententiā communi Theologorum iudicio improbatam esse, hi etenim in 4. sentent. dist. 24. tenuerunt minores ordines esse sacramentum & præcipue Tho. in q. 2. art. 1. ad fin. & art. 3. in vlt. verbis, Palud. & Maior q. 1. Caieta. item in opusculo 27. qu. n. 23, dum probat, esse necessarium contractum corporalem in sacramento ordinis, & subdit exemplum de traditione libri, & clamum, aperte huius est sententiæ, vt existimet hos minores ordines esse sacramentum, & cum ordo sacramentū sit, ac sub eo passim à tempore Apostolorum constituatur in minores ordines, vt tradunt ex Ignatio Dyonis. & aliis quotquot aduersus Lutherū hac arte scripsere, & præ cæteris concilium Coloniense, in de sacram. ordin. Castr. de heres. diuisione, ordo. consequitur hos ordines sacramentū esse, tamen nō desint, qui Durandi opinionem probabilem esse cenſeant: nam & ipse Caiet. in qu. de modo tradend. ordines, art. vnic. sol. 43. asserit. Hos minores ordines potius esse sacramentalia, qua sacramenta. idem ipse sentent. 3. par. q. 64. art. 6. vers. in resp. ad primum. Et Magister sentent. in d. dist. 24. idem insinuat: dum hos minores ordines procedente tempore ab Ecclesia esse institutos opinatur. vnde colligitur sacramenta non esse, cum ea ab Ecclesia, aut ab alio, quam à Christo institui nequeant. Quod si hæc Durand. sentent. recipienda est, prima hæc ratio de presbyteris simplicibus ex commissione Papæ ministrantibus maiores ordines, parū, aut nihil ad propositā dubitationem pertinet. Verū si reiiciatur Durandi opinio amissa cōtraria quæ certior est, difficillime defendi poterit quod præmissum, imo dicendum erit, nec ex commissione Papæ simplices sacerdotes posse minores ordines cōferre: quod Hadri. dist. art. 3. expressim tenet. Nisi dixerimus sacramenti ordinis ministrū ordinariū esse Episcopum, posse tamen esse simplicem sacerdotē ex delegatione Roma. Pontificis, sicuti statim dicemus in sacramento confirmationis, quod tamen, vt ingenuè fatear, mihi satis dubium est, & incertum, imo falsum omnino quo ad sacramentum ordinum ministerium, quod solis Episcopis competit. Atque ita verius esse cenſeo, posse summum Pōtifi. delegare collationem minorum ordinū simplicem sacerdoti: nec tamen eorum ordinum, qui sacri sunt, & maiores dicuntur, quod & Domi. Sor. probat in 4. dist. in c. 7. qu. vnic. artic. 11. & dist. 25. qu. 1. artic. 1.

Secūda ratio, quæ videtur persuadere simplicem sacerdotem ex commissione Papæ posse ministrare sacramentū confirm. deducitur ex eo, ꝑ quod simplex sacerdos nullo habet subditos nō potest quēquā à peccatis absoluerē, nec ei sacramentū poenitentiæ ministrare, vt si tenet nihil actū sit. At si huius sacramenti minister esset, absolutio teneret, & tamen cū minister nō sit, ex delegatione Episcopi, aut Ro. Pōt. poterit ad hoc poenitentiæ sacramentū ministrare, quod passim cōceditur, nec negari poterit: igitur Papæ commissione, quam minister nō est sacramenti cōfir. poterit id optime ministrare. Verū & ista argumentatio parum prodest, cum à dissimilib. fiat. Etenim Roma. Pōtifex cum simplicem sacerdoti delegat

gat ministerium sacramenti confirmationis, nō ei cōcedit, nec tradit Episcopalem ordinē, aut potestatem quā quidem Episcopalis ordinis potestas necessaria est ad ministrandū huius sacramenti, & quid iure diuino: sed cum idem Pontifex, aut Episcopus simplici sacerdoti subditos commendat aut tradit, aut cum delegat illi absolutionē sacramentalem, nō facit absolute ministrū cum qui non est minister huius sacramenti pœnitentiæ, sed ei concedit iurisdictionis potestatem, quā iure diuino necessaria est ad hoc ministerium, & quā simplici sacerdoti debeat, vt esset huius sacramenti minister. Enimvero licet simplex sacerdos eo tempore, quo ad sacerdotium fuit assumptus, habuerit, & acceperit potestatem ordinis, quā necessaria est ad absolutionē sacramentalem, non tamen habuit, nec accepit alterā potestatem, quā iurisdictionem exigit. Nā præter potestatem ordinis simul necessaria est potestas iurisdictionis ad ministrandū pœnitentiæ sacramentum, non tantū iure humano, sed & diuino: itaq; sacerdos simplex minister nō est sacramenti pœnitentiæ; donec habeat iurisdictionis potestatem: vtraque enim necessaria est. Iurisdictione autē tradetur, cum sacerdoti simplici vel datur ordinaria animarū cura vel delegata. Nec sufficit potestas ordinis absq; potestate iurisdictionis, quod elegāter, & erudite adnotat ut Thom. in 4. disti. 17. q. 3. art. 3. q. 4. idē in dist. 18. qu. 1. art. 1. q. 2. ad. 2. & dist. 19. qu. 1. art. 2. ad. 3. q. Hadrian. in tract. de confess. q. 5. fol. 6. Cardin. à Turre Cremata li. 1. de ecclē. ca. 99. Alfonso à Castr. li. 2. de iust. her. punit. ca. 21. Melchior à Cano in relect. de punit. 5. part. fol. 133. & probatur autoritate cōcilii Florentini quo definitum est, sacramenti pœnitentiæ ministrum esse sacerdotem habentem autoritatē absoluedi ordinariam, vel delegatam. idem tradit, & probat Caietan. in q. vna. de ministr. punit. Idem nuper Tridentina Synodus declarauit sess. 4. capitulo. 7.

Constat enim sacerdotes à Christo institutos per sacramentum ordinationem, à Deo accipere immediate potestatem clauium, & sic potestatem absoluedi à peccatis in foro animarū: iurisdictionem autem ab homine: nempe à Papa vel Episcopo immediate quando illis committitur aliquorum hominum, aut animarum cura. Potestas siquidem iurisdictionis est, tanquam vis motiua clauium. Quod probare videtur præter eos, quos modo citauit, Scotus in 4. sent. dist. 19. q. 1. n. 4. S. Bonaventura art. 2. Caperolus art. 2. & 3. Durand. qu. est. 2. & 525. qu. 1. Ricard. dist. 18. qu. 2. art. 3. atque illic Albert. Magnus art. 6. Palud. dist. 19. qu. 1. & dist. 24. q. 6. Alex. Hallensis 3. part. q. 79. memb. 8. art. 2. & qu. 80. memb. 3. art. 2. & q. 71. memb. 4. art. 1. Ioan. Eckius tom. 4. homil. 59. Domin. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. & dist. 4. & 202. q. 1. art. 1. & artic. 5. [Durand. q. 2. & Palud. qu. 1.] Sed & Melchior à Cano in d. 5. part. abseuerat, in hanc sententiam conuenire scholasticos auctores.

Tertio probatur, simplicem sacerdotem posse ex Rom. Pont. dispositione sacramentum hoc confirmationis ministrare, autoritate Diui Gregorii, qui lib. 3. Epist. c. 26. ad Ianuarium Carolitanum scribens permittit, & vere concedit licentiam presbyteris, vbi desint Episcopi, ministrandi confirmationis sacramentum. Quod si fieri iure nō posset, vir doctissimus & sanctissimus, minime permisisset. huius autoritatis Gratianus meminit 95. disti. ca. 1. Sed Durand. & Maior, videntes Gregorium summum Pontificem hoc fecisse, quo propriam opinionem audacter tutarentur, respondēt audacius, Gregorium hominem fuisse & ideo potuisse errare: atque hac in re palam errasse. Quæ sane responsio dura nimis, & impia censetur, nā licet hoc in tractatu non oporteat discutere, fuerintne aliqui Romani Pontifices hæretici, aut in fide errauerint: cum id alibi latissime tractetur à Canonistis in ca. si. Pap. 40. disti. c. ca. Anastasius. 19. disti. n. doctissime ab Alberto Pighio li. 4. de ecclē. hierarch. cap. 18. Alfonso à Castr. li. 2. de iust. heret. punit. cap. 23. vere tamen asseuerandum est summū Pontificem in his quæ ad fidem pertinent, vt personā publicam & Ecclesiæ caput aliquid definitum, minime errare posse: quod probatur Matth. cap. 19. vbi aperte ostenditur ex illa promissione Christi dicentis ad Petrum, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi, hoc est, hæreses non præualebunt aduersus eam: Ostēditur inquam, fidem sinceram iniuolabilem permanfurā esse in Petro, & eius successoribus, deinde testimonio Luca cap. 22. dilucide apparet rogasse Christū pro fide Petri, vt pro aliorum confirmatione ea maneret integra. Sic enim inquit Iesus; Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua, tu autem conuersus confirma fratres tuos. quæ, obsecro, ratione deficiet Petri, aut

successorū fides illo pro eo rogante, qui semper ex auctoritate præterea distinctio Rom. Pontificis certum nobis exhibet in nomine errabimus. cap. maiores. de baptis. ca. signis. ca. de ecclē. ca. omnes. 19. d. fin. cum aliis, quæ ad hanc rem adduci possunt: cillime ex Gratiano. 24. qu. 1. maxime in cap. in memor. & in ca. opretum non esset nobis Christi fidem profitentibus certior de finire, quod erroneum sit. quod adserunt, Thoma & Caietan. 2. 2. qu. art. 10. & qu. 11. art. 2. ad. 3. Floren. 3. part. ca. 9. §. 18. idem Caietan. in tract. de conciliis. ca. 9. & 11. & Tho. in lib. 9. art. vlt. Cardin. à Turre Cremata in d. cap. hoc est fides in verbo de Ecclesia, lib. 2. cap. 109. & sequentib. Syluest. in verbo Ecclesia. ca. Albertus Pighius lib. 4. de ecclē. hierarch. cap. 3. & sequentib. Alfonso à Castr. de iust. heret. punit. li. 1. c. 4. & 6. verū est summus Pontifex, non vt totius Ecclesiæ Christianæ rector, sed vt priuata persona, vel docendo, vel scribendo asseuerarit, quod ipse minime vult vt vniuersale decretū apud omnes censerit, nolens ad id recipiendum aut credendum, quāquam obligari, errare quidem poterit, cum priuata tunc vtur autoritate, non publica. Nam & si Papa errare possit, vt si priuatus, non tamen permittit Deus, vt id quod præuulerit, & contra Catholicam fidem, toti Ecclesiæ veluti eius pastor, officio Vicarii Christi fungens, credendum præcipiatur. Nec hoc in loco tractare modo vacat, an in rebus fidei definiendis, & examinandis, aliisq; negotiis arduis experientia dis teneatur summus Ecclesiæ præful Cardinalium vel aliorum iuris diuini peritorum cōsiliū exigere ad iudicium consultationem & deliberationem: etenim hoc obiter examinat Cardinalis à Turre Cremata in d. lib. 1. cap. 120. verū ad hoc Cui adde locum illum Deuteronom. cap. 17. cuius meminit Rom. Pontifex in ca. per venerabilem, qui filij sui legati, item ea quæ scripta sunt Exod. ca. 18. & 24. & Act. c. 15. Ex nostris Lector præfiteri Felinum, & Ripam legere in rubric. de cons. talan. plen. de sacros. Eccles. secundum Abb. in c. 2. de cler. non residen. & alij passim Barba de presb. Cardin. part. 1. qu. 2. col. 7. Iacobatum concil. lib. 7. artic. 5. Sat nunc erit certam esse suprascriptā opinionem. Ex qua & illud deduci potest, Papam non posse canonizatione sanctorū errare, quā præuia diligenti examinatione, maturoq; prudentium cōsilio, vt Ecclesiæ summus Præses decreuerit. Siquidem, vt tradit Cardina à Turre Cremata de consecrat. disti. 3. in princ. 22. res ista postquam spectat ad fidem Christianæ religionem, cuius negotio ipse Ecclesiæ caput Christus gerere dignatus est, eaque ratione minime permittit in re tanta ipsius Vicarium falli quemadmodū in hac specie adserunt Diuus Thom. 4. part. 9. artic. vlt. Floren. 3. part. tit. 10. ca. 8. §. 2. Ioan. à Neapoli cardin. Cardin. à Turre Crema in tract. de Ecclesia, qu. 51. ex 73. quædam idem hoc præmittit lib. 2. de ecclē. ca. 110. Syluest. in verbo canonizatio. Latini ceteris Catharinus in huius questio. peccati libello, (& Francisc. Pauinus in eo libello, quem de canonizatione S. Bonaventuræ scripsit, 2. part. artic. 9.) tametsi contrariam sententiam in hoc tenere teneuerunt glori. in ca. vnic. de reliquis, & veneratio. sancto in 6. Felini in cap. venerabilis de ecclē. & Caietan. in tract. de Thesuro indulgen. ca. 8. Quorum opinio ratione solet defendi, quod Rom. Pontifex errare possit in his iudiciis, quæ ad particularia facta pertinent: quale hoc esse videtur: quum canonizatio, vel relatio alicuius in sanctos pendeat ex particulari eius vitæ probatione. Ex præterea adest vulgaris titulo Diui Augustini autoritas in hoc verba passim tradita, Multorum corpora veneramur in terris, quorum anime cruciantur in infernis. Horum obsecrationem prior tollitur, & merito, si consideremus, hoc iudicium canonizationis alicuius sancti & si à peculiari eius vitæ testimonio pendeat, ad vniuersalē tamen totius Christianæ religionis statū pertinere: cum ea sit quæ quasi contestatio fidei: & ideo credendum pie est, summum Pontificem in perscrutandis eius, qui in sanctos est referendus & miraculis & gestis, ab ipso Spiritu sancto, qui omnia scutatur, instrui.

Quod autē posteriori loco ex Augustino refertur, esse vere eius authoris nomine censendum sit, quod negamus: nihil cōtrariam opinionē iuuare videtur, nō enim dixit Augustinus: Multa corpora eorū, qui ab Ecclesia canonizati fuerunt, nos falso venerari cum eorū anime in infernis cruciantur: sed nos multa corpora in terris venerari, quæ ex illis manant.

Febilis & si vere character non sit. Nam quod scribitur in c. 1. de ord. ab episcop. qui renuncia. Episcop. non probat Episcopatu characterem imprimere, sed potestatem indelebilem, licet Episcopatum vere esse ordinem, & sacramentum, ac characterem imprimere, teneant gloss. in proemio sexti. in verbo Episcopus. Abb. in cap. aqua de consecra. Eccl. idem Abbas & alij in d. c. 1. Durandus, Almain & Maior. dist. 24. quest. 1.

Hinc & illud deduci poterit. Num is, qui presbyter non est, possit in Episcopum consecrari: ita ut vere Episcopus sit & potestatem indelebilem acquirat? & glo. in cap. 1. de clerico. per sal. promor. & in d. cap. ex literis. & ibi Abb. tenent, eum, qui presbyter non sit, vere non posse in Episcopum consecrari per text. in d. c. ex literis. Sed contrarium quibusdam placuit: cum Episcopalis potestas indelebilis sit, & ab alijs officijs distincta, tamen eam exercere non possit, qui presbyter non sit, secundum Joannem Andræ & alios in d. c. 1. quos sequitur Iacobatus. de concili. lib. 19. art. 7. & est communis opinio, ut asserit Abb. in d. c. 1. Quamvis Soto neget hanc opinionem, assuecans, nihil fieri, si qui presbyter non est, consecratur Episcopus: atque idem præmittant S. Thom. & qui eum secuti fuerunt.

Caterum si potestas Episcopalis indelebilis est, ut modo diximus, distincta ab alijs ordinibus, etsi vere ordo non sit, licet Episcopus consecratus cum nondum presbyter esset, exercere non valeat officium Episcopale: & tamen illud exerceat, male agat, ac peccabit mortaliter, sed tenebit quidem quod ab eo fuerit celebratum, modo ex necessitate, res presbyteratum non exigat. Quo fit ut sacramentum confirmationis teneat: collatio vero ordinis presbyterij minime: cum eius ordinis minister non sit, qui eo caret, non enim potest potestatem supra corpus Christi verum concedere is, qui eam non habet: sicut constat ex notatis in d. c. 1. de clericor. per sal. promor. Verum S. Thom. & qui eius opinionem probare conantur ex eo censent Episcopatum non esse ordinem, quod omnino à sacerdotio depèdat: atque ideo præmittunt ad necessitatem sacramenti non esse necessarium, nec requiri presbyteri ordinem, si Episcopatus ordo sit, ac sacramentum à sacerdotio distinctum. Qua ratione admissa, qui asseuerat, Episcopatum nec esse ordinem, itidem fateri debet, eum, qui sacerdos non sit, Episcopum consecrari non posse, nec consecrationem valere: imo irrita esse, quemadmodum Thomas, & alij fatentur. Quod si Episcopatus sit ordo proprie censendus: tunc facillimum erit probare, eum, qui sacerdos non sit, posse Episcopum consecrari, ut tandè consecratio teneat. Quod constat in d. cap. 1.

CAPVT XI.

De iniuria, quæ verbis fit, & maxime de ea quæ veri criminis obiectione irrogatur.

SUMMARI A.

1. Iniuria verbis facta honoris præfatione non tollitur.
2. Qualiter apud Hispanos conuictum puniatur.
3. Solidorum aestimatio varie expenditur, siue hi aurei, siue ærei ad instellendum iuris Casaræ. & Regij: atq; ibi de Anarodis valore.
4. Marauedinos huius regni cognitio traditur ad plurimum legum regiarum de conuictis, loquentium interpretationem. & ibidem Via Armata pona.
5. Constitutio puniens percutiendam, non obtinet aduersus Conuictantem verbi: & ibi Anania sententia non indiligenter examinatur.
6. An iniuriarum teneatur is, qui alteri verum crimen, vitiosius obiecit?
7. De Famoso Libello.
8. Vera interpretatio ad l. ult. C. de renoua. donat in qua de Donatione, inter viuos reuocanda ob iniuriam illatam, vel accusatorem, item de usufructu dominum iniuria afflicente.

Iniuriam non tantum facto, sed & verbis fieri palam est & probatur in leg. si non conuicti. Codic. de iniur. l. cum, qui innocenter legatam apud Labonem, ff. eodem. capit. cum T. à B. de re iudi. adeo quidem ut nec iniuriam istam extinguat honoris præfatio: frustra etenim protestatur, qui alteri verba communi omnium interpretatione iniuriosa dixerit: nec iam de eius animo quidquam est censendum: quale illud vulgo traditur, Mentiris saluo honore tuo. Bartol. & alij in leg. si quis extraneus, ff. de acquir. hered. Abb. in cap. ea te de iureiurand. & in dict. capit. cum T. à B. Angelus in l. vestem, ff. de iureiur. Alexand. in leg. arpia, ff. de leg. primo, Socin. cons. 118. volum. 1. Iason in l. vi vim ad finem, ff. de iusti. & iure. Felin. in c. dilecti, pen. lt. solum. de except. Anton. Rube. in repeti.

§. morte. num. 461. ff. de verb. signific. col. 2. Quid enim obsecro iudicat, velle, ac præfari honorem saluum esse eius cui verbum profecto proderit alterius honori hæc ipsa præfatio? Parum cum conuictum dictum est, ex obiectione crimine labem delicti notamye fame contraxerit. facit ad hoc textus optimus in l. 1. de præsumpt. legitur à conuictis abstinentum omnino exhiberentim à Reipublica legibus puniuntur. Apud Hispanos lib. rit, iniuriam illam retractet coram iudice, & honestis personis, Palinodiam, vt aiunt, canendo: & præterea ter centis solidis mulctetur. l. 2. tit. 9. lib. 8. ord. iur. vicia vero hæc sunt: q. Sodomita, Hæreticus, Proditor, Cornutus. quorum vltimum traditiam irrogari per hoc maxime odiosum nomen: idem notant Ananias in cap. 1. num. 5. de maled. Ioannes Faber in §. paritur. insi. a. de iniur. Ripa. in l. rit. quest. 7. C. de renou. dona. quibus addit Andream Alciat. lib. 7. Parerg. capit. 5. Artemidorum lib. 2. de sumijs. cap. 12. & Claudij Spencij lib. 2. de cõmentis. c. 8. lib. 5. c. 4. His etiam ab eadem Regia constitutione addit Merendinomen, & vitium, femina maritata obiectum. Præteretiam idem recepit in eo, qui alterum isdem conuictij causa appellauerit. Quod vero obiter atinet ad æreos solidos, quibus conuictor ex ea lege mulctandus est, varia traditur apud diuersa tribunalia obseruatio, quidam etenim iudices morem propriæ regionis secuti, quemlibet solidum duobus æstimant quadrantibus, quos vulgo hæc ætate marauedos appellamus: alij vero, & frequentius supremi Regij prætorij iudices, quatuor quadrantibus solidum parum esse censent. Nam & solidorum valor conformis non est: imo varius quidem, attenda varia provinciarum taxatione. Sic equidem solidus, cuius meminit Iustiniani Codex pondus habebat cum eo nummo, qui nostra ætate Castellanus dicebatur: isque aureus sicuti solidus erat. & hoc probatur ex notatis per Budæum lib. 5. de Ass. quo in loco scribit, solidum cuius meminerit Iustinianus, sextam esse vncie partem: & ideo is nonaginta sex grana habebat: auctore Alciato lib. 11. Cod. colum. 2. idem Ildorus scribit libro Eymologiarum 16. cap. 24. dicens, solidum etiam dici sextulam apud Latinos, quod sexta sit vncie pars: quod probatur ex leg. quoties. C. de iust. & Arcar. vbi scribitur libram auri duodecim vnciarum constare ex septuaginta duobus aureis solidis, quo fit manifestum esse, solidum grana habere nonaginta sex, & esse partem sextam vncie. Numus autem, quem Castellanus diximus, sextam habet vncie partem: & ea ratione solido similis censetur: & id receptum est in praxi apud Regia Hispaniarum Prætoria, vbi ad hanc rationem expenditur quingentorum solidorum summa cuius meminerit lex, sancimus. & lex penult. c. de donationibus. & Regia l. 9. tit. 4. part. 5. que solidos antiquos, aureos Marauedinos appellat: non quod intelligenda sit de aureis, quorum Iuriconsulti veteres meminere, & præsertim in l. nonnulli. ff. de accusa. & in l. 3. ff. de varijs. & extrordinar. legum. sed quod apud nos dictio ista Marauedinus generalis tere sit, pluribusque & varijs conueniat monetis, vt nuncius apud Latinos: quod statim ostendemus. Aureus sane apud veteres sescuplo maior erat solido: ita quidem, vt tantum ponderis haberent aurei quatuor, quantum solidi sex: ex quo fit, vt quatuor aurei constituerent vnciam & quadragesima octo libram Romanam duodecim vnciarum, vt libro 2. tit. 10. & quinto de partibus assium. ex Julio Polluce libro quarto, docet Gulielmus Budæus & Alciat. libro tertio disputat. cap. 100. Leonardus Portius libro primo, de monetis; & Georgius Agricola lib. 2. de pondere & temperat. monet. qui ex Cornelio Tacito, Suetonio, & alijs auctoribus aureum esse existimant valoris mille quadrantum, quos vulgo Itali Quattros Hispani Marauedinos appellamus: siquidem vnus aureus centum continet sestertios: quorum quilibet decem quadrantibus æquiualeat. licet satis eruditè Ant. August. libro secundo emendatuum, capit. nono. probare conetur aureum nummum sextant fuisse vncie partem, atque à solido minime differre: & id adserit Amylius Ferrer. Insir. de pena temere litigan. de valore tamen aurei nulla apud ipsos est controuersia. hinc inferitur intellectus ad ad text. in dicta leg. nonnulli. ff. de accusa. quæ pauperum esse censet eum, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis habet; itidem ad Regiam l. secundam tit. 1. part. 7. quæ eam summam ad quinqueaginta marauedinos retulit: vtraque enim lex intelligenda erit de quinquaginta nummis aureis, quorum moda meminimus.